



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hunoldi Plettenbergi[i] E Societate Jesu Introductio Ad Jus Canonicum

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1692

Caput X. Differentiæ in libro 5. occurrentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62983)

Tit. XXI.

29. Jure civili mulier intra annum luctus transire ad secundas nuptias, idque sine poena non potest. *l. 1. & 2. c. de secund. Nupt.* At jure Canonico statim marito mortuo alteri sine metu poenæ nubere potest. *c. Super illa & c. fin. de secund. nupt.*

C A P U T X.

Differentiæ quæ in Libro quinto Decretalium occurrunt.

Tit. I.

I.

Jure civili accusare nemo invitus tenetur. *l. un. c. ut nemo invitus.* At jure Canonico Clerici coguntur ad denunciandum Sacerdotum scelera. *c. quapropter 2. q. 7. c. Cassam. Qui filii sint legit.*

2. Jure civili quoties ex eodem delicto plures actiones concurrunt, una erit eligenda. *l. Senatus ff. de accus. l. qui servum alienum ff. de oblig. & act. l. Nemo §. quoties ff. de R. l. Secus jure Canonico. c. 2. & ult. de eo qui in uxor. dux.*

3. Jure Canonico jurisdictio delegati prorogari non potest de persona in personam. *c. P. & G. de offic. deleg.* Potest vero jure civili. *l. 1. & 2. ff. de Judic.*

4. Jure civili Judex Laicus in causa

F 3

civilī

civili alium Judicem Laicum substitue-
re potest. *l. 1. & 2. ff. de judic.* Quod Jus
Canonicum Clericis non permittit. *c. Si
diligenti de for. compet.*

Tit. VII.

5. Jure civili de hæresi cognoscere
potest Judex sæcularis. *l. Quicumque C. de
hæret.* At jure Canonico solus Episco-
pus vel Inquisitor. *c. ut officium inquisitio-
nis de hæret. in 6.*

6. Jure Canonico bona hæreticorum
publicantur, iisque filii privantur. *c. Ver-
gentis 10. de hæret. c. Cum secundum eod. in 6.*
Non vero jure civili. *l. cognovimus. C. de
Hæret. Auth. Idem est de Nestorianis eod.*

Tit. XII.

7. Jure civili cuilibet licet occidere
alium pro defensione rerum suarum, si eas
aliter defendere non possit. *l. 4. ad l. Aquil.
l. Furem nocturnum ff. ad l. Corn. de Sicariis.*
Quod jure Canonico Clericis prohibetur.
c. Suscepimus de homic. & ibi Gloss.

8. Jure civili datur potestas Patri
occidendi adulterum cum filia, & ma-
rito uxorem in adulterio deprehensam.
l. Patri 20 ff de adult. l. Marito 24. eod. At
jure Canonico neutrum licet. *c. 1. de
homicid.*

9. Jure Canonico omnes simul vul-
nerantes unum, si moriatur, censentur ho-

ho-

homicidæ, licet constet cujus ictu occisus sit. *c. Presentium de Clerico Percussore. c. Sicut dignum de homic. volunt.* At jure civili solus ille, cujus ictu interiit, censetur homicida. *l. Si in rixa ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. Huic Scripturæ ff. ad l. Aquil.*

10. Jure Canonico vulnerans aliquem etiam in dubio, an ex eo vulnere is mortuus sit non potest in sacris ordinibus ministrare. *c. Ad audientiam 12. de homic.* At jure civili non tenetur tali casu vulnerans de occiso. *l. Huic Scripturæ §. Si servus ff. ad l. Aquil.*

11. Secundum Canones homicida Clericus deponendus, Laicus vero excommunicandus est. *c. Sicut dignum, de homicid.* Secundum leges vero aliter punitur. *l. Ejusdem ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. un. C. de his, qui parent. vel liber. occid.*

12. Parricidæ aliam pœnam jure civili quam Canonico incurrunt. *l. un. C. de his qui patr. vel liber. occidunt. l. pen. ff. ad Porm. de parric. c. Lectorem 33. q. 2. c. 1. & seqq. de his qui fil. occidunt.*

13. Jure civili punitur, qui causam dedit abortui, etiamsi fœtus non fuerit animatus. *l. 38. §. Qui abortionis ff. de pœn.* Jure Canonico aliter proceditur. *c. Sicut, de homic. c. Moyses 32. q. 2.*

Tit.

Tit. XIII.

14. Jure Canonico hastiludia & torneamenta prohibentur *c. 1. de torneam.* Jure civili vero tanquam felicitis populi studia permittuntur. *l. 1. C. de spectac.*

Tit. XIV.

15. Jure civili licitum est res suas armis tueri etiam præveniendò hostem. *l. 1. C. unde vi l. 1. c. Quando liceat unicuique sine judicato se vindicare.* At jure Canonico non licet armis uti Clericis. *c. Ex multis de voto,* nec iis tueri res suas. *c. 1. c. Quicumque 23. q. 8. c. Suscepimus de homic.*

Tit. XVI.

16. Jure civili mulier non accusat virum de adulterio. *l. 1. C. ad l. Jul. de adul. c. Apud misericordem §. publico 32. q. 1.* Videtur id autem posse jure Canonico. *c. Tuæ De Procur.*

17. Secundum leges adultera post quinquennium commissi criminis accusari à viro non potest. *l. miles 11. §. adulteri ff. de adult.* At secundum Canones potest etiam post plures annos postulare separationem thori. *c. admonere 33. q. 2.*

18. Jure civili stuprum est coitus prohibitus cum Virgine, Vidua, puero & muliere soluta. *l. Stuprum ff. de adult. l. 3. ff. de concubi.* At jure Canonico stuprum proprie est Virginis defloratio. *c. Lex 36.*

q. 1.

q. 1. Licet quandoque etiam sumatur pro adulterio. *c. Nemo* 32. q. 4. *c. Idololatria* 28. q. 1.

19. Jure civili fornicatio simplex videtur permessa. *l. 2. C. de donat. inter vir & uxo. l. In concubinato ff. de concubinis.* At jure Canonico quælibet fornicatio damnatur. *c. Nemo* 32. q. 4. *c. de priori* 31. de appell.

20. Jure Canonico Virginem corumpens dotabit eam & habebit uxorem. *c. 1. de adult.* Jure civili alia ponitur poena. *§. 4. Instit. de publ. Jud.*

Tit. XVII.

21. Jure Canonico raptus committitur tantum cum non desponsata. *c. Cum causa de rapt. c. statutum* 27. q. 2. Sed jure civili committitur etiam cum desponsata. *l. 1. C. de rapt. Virg.*

22. Jure Canonico Sacrilegus aliquando excommunicatione majore vel minore, aliquando poena pecuniaria punitur prout est delictum. *c. Quisquis & aliis* 17. q. 4. Secundum leges vero poena Sacrilegorum capitalis est. *l. Sacrilegii ff. ad l. Jul. peculatus & de Sacrilegis.*

23. Incendiariis alia poena constituta est per leges, alia per Canones *l. Data opera C. de his qui accusare non possunt. c. Si quis domum de injur. c. Cum devotissimam* 12. q. 2

Tit

Tit. XVIII.

24. Jure Canonico tenetur quis furem manifestare, nec quicquam eo nomine accipere potest. *c. Qui cum fure, de furt.* Secus jure civili *l. Si obturpem ff. de condict. ob turp. caus. l. solent. ff. de præscr. verb.*

25. Jus Canonicum etiam animum furandi punit, jus civile non nisi opus externum regulariter loquendo. *c. Tres personas junct. Gloss. l. Vulgaris §. Qui furci ff. de furt.*

Tit. XIX.

26. Jus Canonicum omnem usuram prohibet. *c. 3. 4. 5. 7. 10. de usur.* Jus civile aliquam permittit. *l. Ejus C. de usur. l. Placuit ff. eod.*

Tit. XX.

27. Secundum Canones poena falsi multiplex est. *c. Ad falsarior. de crim. falsi.* Secundum leges in homine libero est deportatio, & omnium bonorum publicatio: in servo ultimum supplicium. *l. 1. §. fin. ff. de fals.*

28. Jure civili non punitur de falso, qui falsis instrumentis utitur, si pœniteat. *l. Si falsos C. ad l. Corn. de fals.* Secus Jure Canonico. *c. Dura. c. Ad falsarior de crimine fals.*

Tit. XXI.

29. Sortes à jure civili pluribus modis

dis permittuntur. *l. Sed cum ambo ff. de judic.*
Jure Canonico sortes divisoriae non per-
mittuntur in electionibus ad dignitates
& officia Ecclesiastica. *c. ult. de Sort.* licet
in cæteris electionibus permittantur. At
sortes consultoriae & divinatoriae omni-
no prohibentur. *c. sortes 26. q. 5.*

Tit. XXII.

30. De Jure civili non tenetur quis
delicto obviare & alium defendere nisi
sit subjectus potestati, ut filius, servus
vasallus. *Glos. in l. Culpa caret ff. de Reg. Jur.*
Jure Canonico omnes, qui possunt ad
impediendum alterius delictum tenen-
tur. *c. Dilecto de sent. excommunic. in 6. 23.*
q. 3. c. 7. & 8.

Tit. XXVII.

31. Jus Canonicum solennem pœni-
tentiam vel pœnam pecuniariam impo-
nit Blasphemis. *c. 2. de maledicis.* Jus civile
pœna mortis affici blasphemos jubet.
Non item ut non luxur. homines §. Et quoniam
& seq.

Tit. XXXVI.

32. Jure Canonico Actio injuriarum
ad hæredes transit. *c. In literis de raptor.*
Non item Jure civili *l. si eum §. qui l. injuria-*
rum ff. si quis caution. in Jud. susten.

Tit. XXXVII.

33. Promittens aliquid dare sub pœ-
na,

na, si partem non dederit, Jure civili ad totam pœnam obligatur. *l. In executione 85. §. Item si ita ff. de verb. oblig. Secus jure Canonico. c. suam de pœn.*

34. Aliæ pœnæ jure Canonico, aliæ jure civili infliguntur. *c. Sicut dist. 68. c. Placuit dist. 18. c. Ad reprimendam de offic. ord. l. Si quis forte §. Nunc genera cum sequentibus ff. de pœn.* Pœnæ ex præscripto Canonum sunt: 1. Degradatio & Traditio Curiaë sæculari. 2. Detrusio in Monasterium. 3. Depositio simplex. 4. Suspendio à divinis. 5. Excommunicatio. 6. Suspendio ad tempus. 7. Privatatio officii temporalis tantum. 8. Privatatio communionis tantum. 9. Pœnitentia. 10. Carcer sive temporalis sive perpetuus. 11. Traditio curiaë ad servitium. 12. Pœna verberum. 13. Relegatio ad triremes. Pœnæ à jure civili statutæ sunt: Damnum, exilium, vincula, verbera, talio, ignominia, servitus & mors.

35. Jure civili quodcunque crimen ad evitandam pœnam transactione finitur. *l. Transigere c. de transact.* Non vero jure Canonico si sit de rebus spiritualibus interveniente aliquo temporali. *c. Constitutus. c. Super eo. c. Præterea 10. de transact. tit. de Simon. & l. q. 1. per tot.*

36. Sce-

36. Scelus contra naturam per Canones non punitur supplicio mortis. *c. Clerici de excess. Prælat. c. Flagitia 32. q. 7. Secus secundum leges. l. Cum vir nubit in feminam. C. ad l. Jul. de adult. Auth. ut non luxuri. cont. nat. §. Præcipimus.*

37. Incestus & adulterium aliter jure Canonico, quam civili punitur. *c. Relegentes 23. q. 5. Auth. Sed hodie C. de adult.*

38. Jure Canonico Monacham carnaliter cognoscens, si Clericus sit, deponitur, si Laicus, excommunicatur. *c. Si quis Episcopus. 27. q. 1. c. Si quis Sacerdos. 30. q. 1. Jure civili vero Laicus capitali pœna feritur. l. Si quis non dicam. C. de Episc. & Cler.*

39. Malefici vel divinitatores alia pœna jure Canonico, alia civili plectuntur. *c. Qui divinationes 26. q. 5. l. Nemo. l. Nullus C. de malef. & mathem.*

40. Jure civili nemo debet in pœnam bullari, seu in fronte signari. *l. Si quis in metallum C. de pœn. At jus Canonicum id aliquando permittit. c. Ad audientiam de crim. falsi.*

41. Convictus de libello famoso occulte exposito secundum leges capite punitur. *l. un. C. de famo libel. Secundum Canones autem verberibus subijcitur. c. Quæ in alterius & seq. 5. q. 1.*

42. Jure

42. Jure Canonico Episcopum à propria sede eijciens, vel comprehendens aut percutiens, vel qui contra sacras personas enormia committunt excommunicantur, & omnium bonorum confiscatione puniuntur. *c. Si quis deinceps* 17. q. 4. *c. Si quis rapuerit* 27. q. 1. At jure civili damnatorum bona hæredibus reservantur. *l. 1. §. de bon. damn.*

43. Jure civili nulla pœna ultra quadruplum excedere debet. §. *Omnes autem actiones*, *Instit. de action.* Secus jure Canonico *c. Quisquis* 17. q. 4. *c. Cum devotissimam*, 12. q. 2.

44. Desertori bellum aut fugienti jure Canonico pœna constituta est infamia. *c. Infames* 6. q. 1. Jure civili autem capitale supplicium. *l. Omne delictum §. Qui in acie ff. de re militari.*

C A P U T XI.

Origo & Incrementum Juris Canonici seu Canonum Ecclesiasticorum.

Quatuor cœtus Apostolorum. Canonum & Constitutionum Apostolicarum auctoritas. De Codice Canonum. De collectione diversorum. De Decretis Burchardi